Gc
942.8501
C91t
no.6
1304259

M. L.

GENEALOGY COLLECTION

ALLEN COUNTY PUBLIC LIBRARY
3 1833 00730 5565

Digitized by the Internet Archive
in 2014

https://archive.org/details/tractseries06cumb

[TRACT SERIES, No. 6.]

NOTITIA

ECCLESIÆ CATHEDRALIS CARLIOLENSIS:

ET

NOTITIA

PRIORATUS DE WEDDERHAL:

BY

HUGH TODD, D.D.

EDITED,
FOR THE CUMBERLAND AND WESTMORLAND ANTIQUARIAN AND ARCHÆOLOGICAL SOCIETY,
BY THE WORSHIPFUL CHANCELLOR FERGUSON, M.A., LL.M., F.S.A.,
PRESIDENT OF THE SOCIETY.

KENDAL:
PRINTED BY T. WILSON.

1891.

CUMBERLAND & WESTMORLAND
ANTIQUARIAN & ARCHÆOLOGICAL SOCIETY

LIST OF OFFICERS FOR THE YEAR 1891-1892.

Patrons :

THE RIGHT HON. THE LORD MUNCASTER, M.P., Lord Lieutenant of Cumberland.
THE RIGHT HON. THE LORD HOTHFIELD, Lord Lieutenant of Westmorland.
THE RIGHT REV. THE LORD BISHOP OF CARLISLE.

President & Editor :

THE WORSHIPFUL CHANCELLOR FERGUSON, M.A., LL.M., F.S.A.

Vice-Presidents :

JAMES ATKINSON, Esq.
E. B. W. BALME, Esq.
THE RIGHT REV. THE BISHOP OF BARROW-IN-FURNESS.
THE EARL OF BECTIVE, M.P.
W. BROWNE, Esq.
THE VERY REV. THE DEAN OF CARLISLE.
THE EARL OF CARLISLE.
JAMES CROPPER, Esq.
H. F. CURWEN, Esq.
ROBT. FERGUSON, Esq. F.S.A.
G. J. JOHNSON, Esq.
HON. W. LOWTHER, M.P.
H. P. SENHOUSE, Esq.
M. W. TAYLOR, Esq. M.D., F.S.A.

Elected Members of Council :

W. B. ARNISON, Esq., Penrith.
REV. R. BOWER, M.A., Carlisle.
REV. W. S. CALVERLEY, F.S.A., Aspatria
J. F. CROSTHWAITE, Esq., F.S.A., Keswick
H. SWAINSON COWPER, ESQ., F.S.A. Hawkshead.
C. J. FERGUSON, Esq., F.S.A., Carlisle.
T. H. HODGSON, Esq., Newby Grange.
REV. T. LEES, M.A., F.S.A., Wreay.
REV. CANON MATTHEWS, M.A., Appleby
E. T. TYSON, Esq., Maryport.
REV. H. WHITEHEAD, M.A., Lanercost.
ROBERT J. WHITWELL, Esq., Kendal.

Auditors :

JAMES G. GANDY, ESQ., Heaves | FRANK WILSON, Esq., Kendal.

Treasurer :

W. D. CREWDSON, Esq., Helme Lodge, Kendal.

Secretary :

MR. T. WILSON, Aynam Lodge, Kendal.

9/10/04
(Cumberland - #24.50 (Cloth))

Publications of the Cumberland and Westmorland Antiquarian and Archæological Society.

1304259

ELEVEN VOLUMES OF TRANSACTIONS, viz:—

	£ s. d.
Vol. I. (out of print)	
Vol. II. (out of print)	
Vol. III., Parts I. and II.	0 10 6 each.
Vol. IV., Parts I. and II.	0 10 6 each.
Vol. V., (out of print)	——
Vol. VI., Parts I. and II.	0 10 6 each.
Vol. VII., complete in one part	0 10 6
Vol. VIII., Parts I. and II.	0 10 6 each.
Vol. IX., Parts I. and II.	0 10 6 each.
Vol. X., complete in one part	0 10 6
Vol. XI., Parts I. and II.	0 10 6 each.
Index to the first seven Volumes	0 1 0

EXTRA SERIES.

VOL. I.—BISHOP NICOLSON'S VISITATION AND SURVEY OF THE DIOCESE OF CARLISLE IN 1703-4. Edited by Chancellor Ferguson, F.S.A. Messrs. C. Thurnam & Sons, English Street, Carlisle. *Price* 12/6.

VOL. II.—MEMOIRS OF THE GILPIN FAMILY OF SCALEBY CASTLE, by the late Rev. William Gilpin, Vicar of Boldre, with the Autobiography of the Author. Edited with Notes and Pedigree by W. Jackson, F.S.A. Messrs. C. Thurnam & Sons, English Street, Carlisle. *Price* 10/6.

VOL. III.—THE OLD CHURCH PLATE IN THE DIOCESE OF CARLISLE. Edited by Chancellor Ferguson, F.S.A. Messrs. Thurnam & Sons, English Street, Carlisle. *Price* 15/6.

VOL. IV.—SOME MUNICIPAL RECORDS OF THE CITY OF CARLISLE. Edited by Chancellor Ferguson, F.S.A.; and W. Nanson, B.A., F.S.A. Messrs. C. Thurnam & Sons, English Street, Carlisle. *Price* 15/-.

VOL. V. THE "BOKE OFF RECORDE" OF THE BURGH OF KIRBIE KENDAL. By the President. *Price* 15/-

VOL. VI.—(In Preparation): THE WILLS IN THE PRE-REFORMATION EPISCOPAL REGISTERS OF CARLISLE. By the President.

VOL. VII.—(In Preparation): BISHOP NICOLSON'S DIARIES. By Mrs. Ware.

VOL. VIII.—(In Preparation): THE REGISTER OF WETHERAL By J. E. Prescott, D.D., Archdeacon of Carlisle.

TRACT SERIES.

NO. I. FLEMING'S DESCRIPTION OF WESTMORLAND. Edited by Sir George Duckett, F.S.A. *Price* 1/-.

NO. II. DENTON'S ACCOUNT OF CUMBERLAND. Edited by Chancellor Ferguson, F.S.A. *Price* 3/6.

NO. III. FLEMING'S DESCRIPTION OF CUMBERLAND. *Price* 1/-.

NO. IV. SANDFORD'S HISTORY OF CUMBERLAND. *Price* 1/6.

NO. V. TODD'S CITY AND DIOCESE OF CARLISLE. *Price* 1/6.

NO. VI. TODD'S CATHEDRAL OF CARLISLE AND PRIORY OF WETHERAL. *Price* 1/6.

INTRODUCTION.

THERE is little to be said about these two tracts beyond what has already been said in the Introduction to two other tracts by the same author, printed by this Society as No. 5 of their Tract Series. The Dean and Chapter of Carlisle possess a copy on vellum, folio size, of the two now printed, and other copies exist. Major Arnison has again furnished the index.

CONTENTS.

Cathedral Church of Carlisle, Notes on 1

Hospital of St. Nicholas 35

List of Canons or Prebendarys 11

List of Deans 7

List of Priors 3

Names of Benefactors..... 14

Priors of Wetheral, Names of 33

Priory of Wetheral, Notes on 24

NOTITIA

ECCLESIÆ CATHEDRALIS CARLIOLENSIS:

UNA CUM CATALOGO

PRIORUM, CUM CONVENTUALIS ERAT

ET DECANORUM ET CANONICORUM

QUUM COLLEGIATA.

ADJECTA EST NOTITIA

PRIORATUS DE WEDDERHAL.

CUM CATALOGO

Omnium BENEFACTORUM qui ad ambas has sacras Ædes struendas, Dotandas vel Ornandas Pecuniam Terras Ornamenta vel aliqua alia Beneficia piè et munificè contulerunt.

Μακάριοι οἱ ἐλεήμονες ὅτι αὐτοὶ ἐλεηθήσονται

Operâ et Studio HUGONIS TODD, A.M.
apud Oxonienses; et ejusdem Ecclesiæ
Canonici.

REVERENDIS

ET

VENERABILIBVS VIRIS DD., DD.

DECANO ET CAPITULO

ECCLESIÆ CATHEDRALIS CARLIOL. S.P.

CUM primum Ecclesiæ vestræ Collegiatæ Notitiam perfeceram; et Priores, Decanos, et Benefactores quos poteram, ex Registrorum et MSS. situ et pulvere erueram; apud animũ meum statim concludebam, ad nullos nisi vos solos, Opus hoc pro Patrocinio confugere debere: utpote quod de Prædecessoribus Vestris agens Vobis Successoribus Hæreditario quodam jure Dicandum est.

Non est quod dicam, res enim ipsa loquitur, quantos labores tam tenui Opere perficiendo, impendi: Iter invium, ignotum, et nullis vestigiis tritum solus prosequutus sum: Libros quos comparare potui, cum impressos, tum manu exaratos, anxie evolvi: Res, sparsim occurentes, in unum cõmisi; easque in modum et ordinem conjeci: et tandem, ad hanc qualem! qualem! Perfectionem duxi. Si Molem spectetis, parvum sane Opus est; Si Argumentũ, jejunum forsan videbitur; non enim mihi Historico concessũ erat, ultra Res ipsas amplificando, excurrere; nec licuit nude Narranti, aliquâ Styli Ubertate Sterilem Materiã fæcundare; Ut ut est, alicujus Momenti erit; quod per id nunc Vobis et Posteritati, de Collegio vestro, et antiquâ ejus conditione plura scire datur; quam (quod sciam) Uni alicui antehac unquam notum fuit.

Benefactores omnes sum̃â Curâ et Gratitudine enumerari; et ne Negligentiæ reus esse viderer, Eorũ Catalogo Illos inserui, qui in Ærariũ Dei vel micam conjecerunt. Illorum omnium Familijs & Posteritati benedicat Altissimus, quorũ Eleemosynâ et Auxilio Extructa et Ornata est Ecclesia Vestra! Deus illos omnes cælesti Benedictionis rore aspergat, et in Illorũ sinũ munifice rependat quicquid Progenitores in Ejus Honorẽ et Gloriam pie erogaverunt!

Quod ad vos, Viri Reverendi! Oratos esse velim, ut Cæptis hisce meis faveatis, quibus Posteri plura et meliora addent: Et si ego aliquid Alium vobis magis dignũ efficere possem: in rem vestram, ut meam, semper Studabo. Valete.

Servus vester humillimus,

HUGO TODD

EXPLICATIO

Abbreviationum et Verborum Difficiliorum.

MSS. D.	Manuscripta Descriptio Cumbriæ &c. per Denton Armigerum.
MSS. Dun.	Manuscripta quædam in Bibliotheca Episcopi Dunelm.
MSS. L.	Manuscripta Lelandi in Bibliotheca Bodleiana Oxon.
MSS. N.	Manuscripta Honorab. Viri D. Edwardi Comitis Carliol. apud Castrum de Naworth.
Reg. Epi.	Registrum D. Episcopi Carliol.
Reg. D. & C.	Registrum Decani et Capituli Carliol.
Registr. Wedd.	Registrum Prioratus de Wedderhall penes Decanum et Capitulum.
Chartæ D. & C.	Chartæ Decani et Capituli Carliol.
Catal. Ep.	Catalogus Episcoporum quem contexui.

Chron. Sax.	Chronicon Saxonicum, Edit. Cantab.
Matt. Pa.	Matthæus Parisiensis.
Sim. Dun.	Simeon Dunelmensis inter Decem Scriptores.
Chr. de Mail. Heming. et Annal. Wiverl.	Chronicon de Mailros : Hemingford, &c. Ed. Oxon., 2 vol.

Bovata Terræ.	Bovatam Terræ alii aliter estimarunt ; communiter vero valebat XVIII. acras.
Carrucata Terræ.	Carrucata Terræ apud alios alia : communiter vero continebat VIII. Bovatas, vel CXLIV. Acras.

NOTITIA ECCLESIÆ CATHEDRALIS CARLIOLENSIS.

CHRISTIANAM Religionem hac Septentrionali Britanniæ parte, quæ nunc Episcopatus Carliolensis, jam olim tertio vel quarto seculo post Domini Ascensum, sumo Dei favore, Plantatam fuisse; et cordibus Hominum altas radices egisse, Dissertatione de ea Re ex industria composita luculenter (ut Spero) demonstratum est; Quare non opus est ut hic repetam quæ alibi fusius tractata inveniantur.

v. Dissert. de Plant. Xnæ Relig. &c. MS.

Haud levis tamen Difficultatis est quo demum Seculo per Regionem hanc continuo Pictis Danis Hibernis lacessitam et cœde et Sanguine madentem Pacificum hoc Christi Evangelium publice apud Omnes admissum fuit: & extructis ad id Ecclesiis honorifice exceptũ. Omni procul dubio est Primam inter Brigantes & Cumbros Illam fuisse, quam apud Carlile etiam adhuc stantem videre est; Venerandæ enim Antiquitatis Moles est; et Civitas, quæ tunc Luguballia vel Caer-luel vel Caer-Lugubal vocabatur, Civibus adeo repleta erat, ... est illos primo omnium Templum extruxisse: quo, ad Religionem unà exercendam exciperentur. Nondum in Parochias Orbis Britannicus distribuebatur: eas enim primus constituit Honorius Quartus post Augustinum Cantuariæ Archiepiscopus A.D. DCLXXXXIII.

Descript. Cumbriæ Genera. MS.

Ridley Juris Eccles. Specim. p.216.

Ad annũ Domini DCLXXXIV (vel circiter) S. Cuthbertus Episcopus Lindisfernensis, cui Egfridus Rex

Northumbriæ Urbem et quod circumjacet ad xv usqz M.PP. dono dederat, ab illo et Successoribus suis in perpetuum possidenda, Luguballiam venit; Quem Prætor et Cives sumo gaudio excipiunt. Sanctus hic Vir, ut optimis et perpetuis Beneficiis illos remuneraret, instruendæ juventuti, et principiis Christianæ Religionis imbuendæ, Scholas Publicas pie erexit, et dotavit munifice. Domũ etiam pro Religosis fæminis, seu Abbatiam condidit; cui Ermenburgam Reginã Dotariam Egfrida præfecit; et ei sacrum Abbatissæ velum obduxit.

Sim. Dunelm lib. 2. p. 56.

Cambd. Britt. MSS.D.

Post S. Cuthbertum Danorũ incursu Urbs funditus eversa est; et per CC. Annos ruderibus Sepulta jacuit; ipso Dei Templo eadem Belli procella corruente.

Chron. Sax, et Mailr. p. 150.

Circa annum Domini MLXXXX Gulielmus a Conquesto Secundus, cognomento Rufus Alnvico rediens, dirutæ Urbis misertus est: eamqz instauravit, et Arce mœniis & Vallo munivit. Nec certe minor de Ecclesia quam de Urbe cura erat; probe Sciens Preces plus ad Populi Salutem quam Arma conferre.

Florikg Wigern. Henr. Hunting, Matth. Paris.

Matth. Paris.

A.D. MC Henricus I. huc Coloniã duci jussit et Suadente Matilda Imperatrice Collegium Secularium Sacerdotum primus fundavit; eiqz Athelwaldum S^ti Oswoldi in Agro Eboracensi Priorem præfecit. Ecclesiam ministris Libris Vestimentis et aliis Ornamentis instruxit; ideoqz a nonnullis eam fundasse dicitur.

Dempst. Hist. Scot.

Collegium hoc Deo desponsatum, Hen. I. dotavit Decimis Ecclesiarum in Foresta sua de Englewood; majora designans beneficia, modo Ocium & Pax viguissent: Verum Bello et Liberorũ interitu afflictus, ad pacandam Dei indignationem Majus adhuc, Sed aliud Opus molitur; et XXXIII° Regni año Episcopatum Carliolensem instituit; Suadente Athelwoldo Priore; ut fusius dictum est, in ea quam contexui Episcoporum Carliolensium Historiâ.

MSS. D.

Chron. Angliæ.

Joh. Prior, Hextil. p. 257.

Hist. Epis. Carliol. MS.

Catalogus Priorum Ecclesiæ Conventualis Carliol.

I.—Athelwaldus Adelwoldus vel Adelwolfus Henrico I. a sacris Confessionibus erat primus Prior vel potius Præses Collegii Karliolensis; juvenis
MSS. N. MSS. L. Ætate, Moribus Senex. Cum Collegio præfuisset xxxi annis Regis favore ad novum Episcopatum Karliol. evectus est; quo non citius ascenderat, quam (Licentia a Rege & Papa Romano prius obtentâ) Collegium, ut dixi, Secularium in Conventũ Regularium Monachorum ex Ordine Sancti Augustini convertisset; et ad Regulas illius Ordinis omnia redeMSS. D. gisset. Is cui Regimen Prioratûs decedens cõmisit, erat

MSS. L. II.—Walterus, symmysta, et Henrico I. à Sacris. Vir Pietatis & Probitatis suãæ: Willelmi Conquestoris Signa in Angliam secutus erat: et ab Illo constitutus Præfectus Urbis Karliol, quam Arce et Mœniis munivit: tandem vero Mundi Strepitus pertæMSS. D. sus, Publicis Negotiis prudens Subduxit, et in novũ Prioratũ se contulit, ut ubi Quietis et Sacri Ocii Asylum inveniret. Maneria de Linstock et Carleton quæ Ei Rex dederat, Conventui legavit in purã et perpetuam eleemosynam; Reddita 34s. 4d. Regis pietate remissa.

Ecclesias S^ti^ Cuthberti de Karliol, et S^ti^ Michaelis de Stainweggs, quas à Rege acceperat Prioratui ad augendam supellectilem contulit; Donationem conMSS. D. firmante Rege Hen. I. & Athelwoldo Episcopo; Iĩmo tanta Cura & Diligentia, tantisqz Opibus Prioratûs Emolumentũ et Meliorationem procuravit; ut dicam non primum Priorem sed Patrem fuisse; cui nascentis & vagientis Collegii Tutela felicissime commissa fuit.

Donationes & Chartas plurimas (ut comperio) vel sigillo vel manu obfirmavit. Morienti Successit

Catal. Episcopor. MS. III.—JOHANNES, Prior; tempore Bernardi Episcopi qui dedit Warecroft & Flemingby Thomæ filio Gospatricii Domino de Workington.

Register Epi. et MSS. D. IV.—BARTHOLOMÆUS, Prior; quem tempore Hugonis Episcopi Rectoriam de Overton in Westmeriâ Conventui de Coningesheved confirmasse constat.

Chartular. Wed. MSS. V.—RADULPHUS: tempore Walteri Malclerk Episcopi: Hic confirmavit appropriationem Eccl̃iæ de Burgh sub Sabulonibus Abbatiæ de Holm Cultrum.

Reg. Epi. VI.—ROBERTUS DE MORVILL cujus nihil reliquum est præter Nomen.

MSS. D. VII.—ADAM DE FELTON: quem excepit

VIII.—ALANUS, Prior; cui successit

Reg. Epi. IX.—JOHANNES DE HALTON, alias Halaughton qui posteà in Sedem Episcopalem evectus est, ubi Res Ecclesiæ suñma Prudentia moderantem Lector inveniat.

Catal. Epis.

Reg. Epi. X.—JOHANNES DE KENDAL: cui successit

XI.—ADAM DE WARWICK: ex antiquâ Warvicorum Familiâ ortus. Per multos annos negotia Prioratûs optime administravit: tandem vero Senio confectus officio & Honore ultro cessit: ea Lege ut cubiculo & Pensione gauderet; quibus per aliquot annos gavisus diem obiit tempore Johannis de Hal-

Regist. Epi. aughton Episcopi Carliolensis. Stallum Prioris excepit

XII.—WILHELMUS DE HAUTWYSSEL; quem Episcopo præsentavit Johannes de Kendal Sub-Prior à

Regist. Epi. Conventu ad hoc constitutus, ut jus Electionis et Institutionis ab eo impetraret: Post quatuor annos officio sponte cessit. Stallum vacuum implevit

XIII.—ROBERTUS DE HELPESTON A.D. MCCCVIII 4 Cal. Octob. Quum annos ultra viginti Prioratui præ fuisset Rectoria de Sowerby Priori & Conventui appropriata fuit; & nomine suo et totius Conventus

Reg. Epi. in Rectoriã perpetuã Institutus est. Morienti Successit

XIV.—Simeon de Hautwyssel ad añum Christi 1325 tempore Johannis de Ross Episcopi Carliolensis: eodem quo Electus anno Diem obiit.

Register Epi. XV.--Wilhelmus de Hustworth vel Hustword; quem a Priore & Conventu Episcopo præsentatum esse constat, ut Is Approbationis Munimine eorũ electionem obfirmaret.

Register Epi. XVI.—Johannes de Kirkby, Prior: Vir eximiæ Dignitatis et Ingenii. In Episcopale Soliũ evectus est A.D. MCCCXXXI ubi Diœcesin suña cura et Pietate moderantem inveniat Lector. Prioratui Successit

Reg. Epi. XVII—Galfridus: de quo nihil traditum est nisi quod, ut cœteri Mortales, fato cessit.

Reg. Epi. XVIII.—Johannes de Hornecastle, Prior: Qui, A.D. MCCCLII Secundo post Admissionem ab Edw. III. Nominatus est in Episcopum Carliol. verum Papa R. Nominationem non approbante, Gilbertus de Welton ejus loco consecratus est.

Reg. Epi.Karl. XIX.—Johannes de Bothcastre, Prior: ad annũ Doñ MCCCLVI. Post aliquod annos Dignitate & Cura Sponte cessit; hac conditione, ut durante Vita laudabili Pensione frueretur. Cedentem excepit

Reg. Epi. XX.—Thomas de Hexhildesham Canonicus a Conventu in Priorem electus. Gilbertus de Welton Electionem confirmat, et post juramentum Canonicæ Obedientiæ Mandatũ Archi-Diacono emittat ad Installandum. Juramento etiam, seu Solemni Promissione Episcopo se Obstrinxit; quod canes Venatices alendo modum non excederat; nec publicas Venationes frequentaret: nam tunc temporis moris erat Priori canes Venatrices alere; et Venationibus publicis interesse; vel id approbante Canone, modo Recreationis causa id fieret, non Crudelitatis aut Gulæ.

Reg. Epi. XXI.—Richard de Rydale; qui cum præ negotiis abfuit, Episcopus Martinum de Brampton ejus loco substituit.

Reg. Epi. XXII.—JOHANNES DE PENRETH; inter quem et Robertum de Clifton Canonicum Lites ortæ sunt, quas Thomæ de Appleby Episcopo dirimendas referunt; in alto et Basso; uti loquebantur.

XXIII.—WILHEMUS DE DALTON Prior; A.D. MCCC LXXXV. Homagium seu Obedientiam Episcopo Carliolensi præstare recusavit; quare Epūs Illum et Omnes qui steterunt a partibus ejus Excoñunica-
Reg. Epi. tionis telo feriendos decrevit. Resignanti successit

XXIV.—ROBERTUS DE EDENHAL, Canonicus; qui per Johannem de Bury Præcentorem et Conventum
Reg. Epi. electus est: Illum approbavit et Instituit Episcopus; et Installavit Archi-diaconus A.D. 1389.

XXV.—THOMAS DE HOTON, Prior; ortus de Familia Hotonorū in Forestâ. Hujus Consilio Cantaria unius Presbyteri instituta est in Ecclesiâ S^ti Jacobi de Hoton: ut Preces in perpetuum Deo fusæ essent
Reg. Epi. in salutem istius Familiæ.

XXVI.—THOMAS ELYE, Prior; qui Domū apud Newlathes ædificavit ubi nomen gravieti incisum videre licet.

MSS. D. XXVII.—BARNABAS, Prior.

MSS. D. XXVIII.—THOMAS DE HAYTHWAIT, Prior; cujus totum quod superest Nomen est.

XXIX.—THOMAS GOUDIBOUR, Prior; Quem Bene-
Catal. Benef. factorum Albo conscriptum reperiat Lector: Ornando enim Conventui multum laboravit, et magnas opes erogavit.

XXX.—SIMON SENOS vel SENHOUSE; ex Familiæ
MSS. Naw. Senosorum de Seascales in Comitat. Cumbriæ ortus. Hic Refectorium in Hospitio Decani instruxit et variis Carminibus et Sententiis cælavit. Huic versiculo sic manu subscribentem inveni:

Vulnera quinqz Dei suit Medicina mei:
Simon Senos Prior Eccliæ Cathīs Carliol.

Sepultus jacet sub suo tumulo marmoreo ad Boreale Latus Eclæ Cathedralis. Morientis Stallum excepit

XXXI.—Christopherus Slee, Prior: Hic Conventus Emolumentum animo designans Portas exteriores ad Occidentem de novo extruxit si non perfecit. Ad marginem interiorem hæc Scripta cernuntur: Orate pro Anima Christopheri Slee Prioris qui primus hoc opus fieri incepit A.D. MDXXVIII. Senio confectus Prioratu cessit cum Episcopus infirmæ Senectuti prospexisset Pensione XXIV Librarum annuatim solvend.

Chartæ et Reg. D. & Cap.

Catalogus Decanorum

Ecclesiæ Cathedralis et Collegiatæ de Carliol.

Register Dec et Capit. MSS. D.

XXXII.—Lancelotus Salkeld, ex Salkeldorum Prosapia Ortus Christophero Priori successit ad añum 24 Hen. VIII: Hic erat Ultimus Priorũ et Decanorũ Primus nam cum ille Conventui præfuit, Henricus VIII Año Regni XXXI per Comissionarios Walterum Yenlis et alios ad id Deputatos, per Consensum Parliamenti Dissolvi jussit et in manus suas sursum reddi:

Valor. Redd. p. disumpt: ex Offic. Primitiarum.

Rex loco Monachorum Augustinensium Decanum et Canonicos Seculares constituit. Antiquis Possessionibus Prioratum de Wederhal, quẽ dissolverat adjecit: Chartam novam et Statuta nova exhibuit; et in mandatis reliquit; ut Collegiũ hoc, Illum non pro Benefactore: sed pro Fundatore reputarent et agnoscerent: Et, ut suis Impensis et Munificentiâ in Solidum erectum et dotatum esse videretur; ipsam Dedicationem qua prius insignita erat: Scilicet Ecclesia Conventualis Beatæ Mariæ Virginis de Karliol, in hanc mutari jussit Sc^{t} Ecclesia Cathedralis SS. et Individuæ Trinitatis Carliol; Quam Dedicationem desumpsit ex Conventuali Ecclesia de

Statuta et chartam Ecclæ Cathed. Carliol.

Wedderhal; Sic in uno Collegio, Duorũ Memoriæ prospiciens.

Ad mortem H. VIII. Stallo gavisus est Lancelotus: verum sub Edw. VI. quod Reformacioni, quam promoverat, ex adverso stetit; Collegio exulat: Regnante Maria revocatus et restitutus est; et sub Decani titulo Ecclesiæ præsidebat, per totũ tempus quo Illa Regnum tenuit; et ultra ad secundum vel tertium añum Eliz. quando iterum ejectum esse constat; quod Suprematum ejus agnoscere recusavit. Sub Eduardo VI et Elizabetha ejectum excepit

Reg. D. et Cap.

Reg. D. et Cap.

XXXIII.—Thomas Smith, Miles; sub Edw. VI et Eliz. (ni fallar) per aliquod tempus Principalis Status Secretarius: reconditæ Eruditionis Vir et rebus gerendis apprime idoneus: Librum edidit de Republica Anglicana Doctorũ manibus versatissimum: Illum Benefactorem agnoscit Academia Oxoñ quod Ei statuto Provisionali prospexit quo fas est Collegiis dimidium Reddituum frumento percipere. Sub Maria Regina Collegio et Regno exulat; Ei tamen ob Sumam Eruditionem prospectum est Pensione xxxx viii Libr: Sibi vel Assignatis Solvend. Cum Sceptrum Regni accepit Eliz. is Decani Stallũ repetit; quo sedentem invenio año Regni xii. Senio fractus per aliquod tempus Salariũ modicum pro toto percepit, infirmæ et effætæ Senectuti Sustentamentum. Morienti Successit

Reg. D. et Cap.

Idem Reg.

XXXIV.—Johannes Wolley, Armiger; Reginæ Eliz. ab epistolis Latinis. Regio mandato quod A.D. mdlxxviii datum est; constat Illum in Decanum adscisci Non obstante quod Laicus; quod Bigamus; et quod Uxorem viduam Secundam duxerat. Dum Decanatu fruebatur Militis gladio cinctus est: Non constat utrum Carliolum vel semel invisit; certe plus Uxoribus quam Collegii rebus incubuit. Successit

Regist D. et Capiti.

Idem Reg.

Reg. D. et Cap.

XXXV.—Christopherus Parkins, SS.T.P. evectus in Decanatum año VIII Jacobi I. Militis titulo insignitum reperio; verum an eam accepit Regis favore, an per Errorem Scriptoris plane nescio.

Reg. D. et Cap. Cat. Episc.

XXXVI.—Franciscus White, SS.T.P. XX° Jac. I. in Decanum Electus: Vir erat inter primos Eruditus et Antiquitatis Ecclesiasticæ peritissimus. Ad Episcopatum Carliol. evectus est, et inter Episcopos eum inveniat Lector.

Reg. D. et Cap.

XXXVII.—Willielmus Peterson, S.T.P. a Car. I. in Decanum ascitus. A.D. MDCXXVIII. Launcelot Dawes unũ e Canonicis Procuratorem constituit, qui ejus Loco Installaretur. Collegio præfuit ad Annũ Dni MDCXXXV: quo (ut puto) morienti successit

Reg. D. et Cap.

XXXVIII.—Thomas Comber, SS.T.P. et Collegii SS. Trinitatis apud Cantab. Magister. Inter Eruditos locum meruit, linguarum enim Orientalium peritissimus erat; et Epistolam ab eo Scriptam vidi, de Bibliis MSS. quæ Cantab. sunt. Cum Bellum Civile ingruebat, Collegio et Libris expulsus est; et, quod miserum est, quando Pax & Ocium sub Carolo II relucere cæperunt, fato Succubuit A.D. MDCLX.

Epistola Eruditorum &c.

Reg. D. et Cap.

XXXIX.—Guido Carleton, SS.T.P. Car. II mandato Collegio præpositus A.D. MDCLX: Regis Benignitas Illum non Solum Decanatui præfecit: Sed etiam Patriæ restituit: natus enim est juxta Brampton in Gillesland: Educatus in Coll. Reginæ Oxoñ; ubi Procuratoris Officio fungebatur; et quũ Collegio per XI annos præfuisset ad Episcopatum Bristol. et postea ad Cicestr: elatus est. Decedenti successit

Reg. D. et Cap.

XL.—Thomas Smith, S.T.P. Mandato Regis Car. II dato 4 Mart. A.D. MDCLXXI in Decanũ ascitus. Ille Collegii Negotia Suma Curâ et Diligentia administravit; et labentis et in pejus ruentis Domûs Emolumentum in tantum promovebat ut inter primos Benefactores censeri optime meruit. Decani Hospitia Civilis

Belli et temporis injuria prope diruta; certe Squallore & Situ obducta concinnavit, extersit, et adjectis aliis ædificiis recipiendiæ Familiæ satis capacia et accoñoda fecit: pro Numñis, quos ad DCC libr. opere perficiendo effuderat, hac levi Inscriptione contentus quam ad Portam Lapidi incisam cernas: viz.:

THOMAS SMITH, S.T.P. Decanus
An. Dom. MDCLXXIV.

Catal Benetam. Organon Musicum quod tempore Divinorum Hymnis præcinaret propriis sumptibus extruxit. Cat. Ep.

Sacræ etiam Mensæ ornandæ Vasa deaurata dedit: quæ, ubi Benefactorum Albo inseritur qualia sunt, cognoscere licet. Cum XIII Annos Ecclesiæ Collegiatæ præfuisset, in Thronum Episcopalem, ad Res Diæcesews moderandas evectus est: A.D. MDCLXXXIV. Promoto successit

XLI.—THOMAS MUSGRAVE, A.M. Filius natu tertius* Philippi Musgrave ex Nobili Musgraviorum Prosapiâ. In Collegio Reginæ Oxoñ inter Populares suos educatus est; ubi in numerũ Sociorum relatus est: Dein Factus est Prebendarius Ecclesiæ Cathedralis et ArchiDiaconus Carliol: postea Præbendarius Eccliæ de Dunelmiâ et tandem Regis favore remissus, ut Eccliæ Carliol. Decanus præsideret. Statim post Installationem Gradũ Doctoris in SS. Theologiâ Suscepit apud Oxoniũ; verum nec Decanatu nec Gradu longo fruebatur: nam post secundum, quo eligebatur annum, diem obiit A.D. MDCLXXXVI. Morienti successit

Epitaph in Ecct de Edenhall.

Reg. Epis.

XLII.—GULIELMUS GRAHME, A.M. filius natu quartus Georgii Grahme de Netherby in Comit. Cumbr. Baronetti.

Reg. D. & C.

* He was sixth and youngest son.

Catalogus
Canonicorum sive Præbendariorum Ecclesiæ Cath^is Carliol.

Cum Henricus VIII (ut dictum est) loco Prioris et Monachorum Decanum et Capitulum Substituisset : ipsi Monachi in Præbendarios, mutato solum Nomine transierunt : Qui vero Illi fuerunt aut quæ in publicum Beneficia contulerunt ; præ Registrorum defectu et temporum quibus vixerunt Caligine, cognoscere non conceditur : Primus e Præbendariis, cujus nomen mihi occurrit est Bernardus Kirkbride qui floruit 4 Eliz. A.D. MDLXII.

Reg. D. & Cap.

Hugo Sewell SS.T.B. Præb^ae I^ae Præb^s Vicarius de Edenhal & Adingham : dein Rector de Ulnesbie et dein Rector de Caldbeck A.D. MDLXXXII.

Reg. Epi. et D. et Capi.

Thomas Burton IV^ae Præb^ae Præb^s.

Reg. Epi. et D. et C.

Johannes Barnes II^ae Præb^ae Præb^s.

Reg. D. & C.

Georgius Flower SS.T.B. IV^ae Præb^ae Præbendarius quam lubens resignavit.

Reg. Epi. et D. & Cap.

Antonius Walkwood Cui Episcopus contulit Præbendam ad Resignationem Thomæ Burton A.D. MDLXXVI.

Reg. Epi. et D. & Cap.

Richardus Brandling al. Walles Vicarius de Thoresby.

Reg. Epi. et D. & Cap.

Georgius (vel Gregorius) Scott, A.M. qui Bernardo Kirkbride successit.

Reg. Epi. et D & Cap.

Thomas Fairfax S.T.B. Præb^ae II^ae Præbend^s Rector de Ashby dein Vicarius S^ti Michaelis de Appleby et demum Rector de Caldbeck A.D. MDLXXVII.

Reg. Epi. et D. & C.

Johannes Maybreye.

Reg. Epi.

Thomas Tookey A.M. et LL.B. Vicarius de Torpennow.

Reg. D. & C.

Edwardus Hausbye IV^ae Præb^ae Præb^s ad Resignationem Georgii Flower A.D. MDLXXXII.

Reg. D. & C.

Arthurus Key cui Episcopus Præbendam vacuam contulit per Mortem M^ri Brandling per traditionem Bureti.

Reg. Epi.

Reg. D. & Cap. JOHANNES MAYER II^ae Præbendæ Præb A.D. MDL XXXXV. Ad ejus Resignationem Willielmus Mayer A.M. collatus est in Præbendam per Matthæum Reg. Epi. Archiepũ Eborum.

EDMONDUS BUNING vel BUNIE S.T.B. succedit Reg. Epi. in Præbendam moriente Hugone Sewel, quam A.D. MDCII Sponte Resignat.

Reg. D. & C. EDWARDUS MAYPLETT M^ro Hausby morienti succedit

Reg. Epi. RICHARDUS SYBSON Rector de Beuthcastre S.T.P. Collatus ad Resignacõñ M^ri Buning.

Reg. Epi. BERNARDUS ROBINSON S.T.B. A.D. MDCXVII: Resignanti succedit

Reg. Epi. & D. & Cap. LANCELOTUS DAWES. A.D. MDCIX tunc Vicarius de Barton postea vero Rector de Asskby.

JOHANNES FLETCHER vel Flecher.

Reg. Epi. THOMAS FLETCHER S.T.P. Qui M^ro Mayer Successit.

Reg. D. & C. LUDOVICUS WEST, A.M. ad Mortem Barn. Robinson, Præsentante D^no Armitage Generoso ex Agro *Sc. Eborum. Reg. D. & Cap. Eborum ex Concessione Decani et Capituli * A.D. MDCXXXIV. Hic in Vicariam de Adingham inductus erat ubi Mortalitati valedixit. Reg. D. & C.

WILLELMUS DODDING, S.T.B. IV Præb^ae Præb^s Reg. D. & C. vacuæ per mortem M^ri Fletcher: A.D. MDCXXXVII.

RICHARDUS SMITH, S.T.B., qui M^ro Dodding Reg. D. & C. Successit eodem quo collatus est anno.

FREDERICUS TONSTAL, Equitis Aurati Filius: Coll. Reg. Epi. Reginæ Oxon. Educatus Succedit M^ro Fairfax tam in Præbendâ quam Rectoria de Caldbeck.

Reg. Epi. HENRICUS HUTTON in Quem IV^m Præbendam contulit Jacobus Usher Armachanus Præsul et Episcopus Carliol. A.D. MDCXLIII.

Calal: Decanorum. THOMAS SMITH, S.T.P. Qui Lanc. Dawes succedit ad Mandatum Regis Car. II A.D. MDCLX.

Reg. D. et C. GEORGIUS BUCHANAN, A.M., M^ro Hutton mortuo succedit: id mandante Rege A.D. MDCLX. Hic in Vicariam de Stanwix inductus est.

ARTHURUS SAVAGE, A.M. M^ro^ Tunstal vitâ functo succedit ad Car. II Mandatum A.D. MDCLX. primo Rector de Brougham ; postea in Rectoriam de Caldbeck translatus.

Reg. Epi. & D. & Cap. THOMAS CANON, D. D^ri^ Smith succedit.

HENRICUS MARSHALL A.M. in IV^m^ Præben collatus. Hic primo Vicariæ de Crosthwait incubuit : dein in Præbendam, Cancellariatum, et Vicariam de Reg. D. & Cap. Stainweggs evectus est A.D. MDCLXVI. Scalis ad Portam Domûs præceps devolutus Diem obiit infelicissimum.

JOHANNES PEACHEL, S.T.B. ad III^m^ Præbendam Reg. D. & C. collatus vacuam per mortem M^ri^ West : A.D. MDC LXVII : Vicaria de Adingham et Archidiaconatu unà fruebatur : verum majora adhuc animo designans Reg. D. & C. & Epi. Academiam Cantabrg^m^ reversus est ; ubi Coll^m^ Magdalenæ Magistrum elegit ; et Academia Procancellarium.

Reg. Epi. JEREMIAS NELSON, A.M. Magistro Marshall succedit : Qui Vicarias de Stanwix et Corbridge unà Reg. D. & Cap. tenuit.

Reg. Epi. GUILIELMUS SILL, A.M. M^ro^ Cannon morienti Reg. Epi. Successit : Vicarius de Adingham ; dein in Vicariam de Bromfield inductus. Magna animo volvens Londinum petit ; ubi episcopo Londinensi à Sacris erat, et Ecclesiæ Westmonast, Præbendarius : verum hisce Honoribus non longum fruebatur, nam quarto vel quinto post Promotionem anno Animam Deo resignavit A.D. MDCLXXXVI.

Reg. Epi. et Catal. Decanorum. THOMAS MUSGRAVE, A.M. Mag^ro^ Peachell Resignanti Succedit.

JOHANNES ARDREY.

GULIELMUS NICHOLSON, A.M. et Coll. Reg. Oxoñ Socius M^ro^ Sill Resignanti succedit A.D. MDCLXXXI. Ad Archi-Diaconatũ et Vicariam de Torpennow, post-Reg. Epi. tea evectus est.

THOMAS TULLIE, A.M. ex Aula S^ti^ Edmundi apud Oxoñ in Præbendam III^am^ vacuam per Mortem Dom.

Reg. Epi. Ardrey ascitus est: In Cancellariatum Carliol. et Vicariam de Newburn juxta Novum Castrum, prius

Reg. Epi. evexerat Rev. Pater Edwardus Rainbow Episc. Carliol.

HUGO TODD, A.M. Coll. Universitatis in Academiâ Oxoñ Socius in Præbendariorum Numerum conscriptus est

Reg. Epi. et D. et Cap. A.D. MDCLXXXV.

NOMINA BENEFACTORUM, QUI AD COLLEGIUM FUNDANDUM, ORNANDUM, VEL EJUS SUPELLECTILEM AUGENDAM TERRAS NUMMOS VEL ALIA BENEFICIA CONTULERUNT.

CVTHBERTVS Episcopus Lindisfern. ob eximiam Pietatem Sanctorum Albo conscriptus, erat

Bedæ Hist Eccl. Camb. Britain. MSS. D. MSS. Lel. Primus et Munificentissimus Benefactor Ecclesiæ Carliol. Civitatem et Pomoeria (ut dictũ est) ad Decimum quintum Lapidem ei dederat Egfridus

Sim Dunelm. Northumbrorũ Rex; et Ille Potestatem et Opes quas habuit maximas, ad Sumã Dei Gloriam et Populi Salutem ut fidelis Dispensator, erogavit

Camb. Brit. Scholas Liberas erudiendæ Juventuti erexit; et insuper (Si non ipsam Ecclesiam) Domum Virginũ monialium ædificavit: quam Willielmus Rufus trans-

MSS. D. tulit ad Ermenthwait vel Armathwait; quando, eo quo steterat loco, Collegium de novo extruxit; vel potius Abbatiam in Collegium mutavit,

WILLIELMUS II. cognomine Rufus Ecclesiam, Belli turbine eversam instauravit; et Collegii Secularium

MSS. D. Fundamina posuit.

Chron. Hem. ATHELWOLDUS primus Collegii Præses eas quas habuit Opes ornandæ Domui impendit.

MSS. D. et Lel. WALTERUS, primus Prior Domûs Conventualis, eximii Benefactoris titulo insigniri meretur. Hi tres Benefactores (an simul vel Singuli, non constat): dederunt novo Prioratui Maneria de Newbiging, Newlathes, Catcoat, Ellerton et Bocardgate.

Goodwin Catal: Epis. THORSTANVS Archi-Episcopus EBORVM; cum remotas has Diocesews Partes Pastorali curâ Visitavit, miseræ Populi Conditionis misertus est; et Henr. I persuasit ut non solum Collegium Regiâ Munificentiâ perficeret et Ornaret; Sed etiam ut Novũ Episcopatũ apud Carliol (ut fecit) erigeret.

Dugdalli Monasticon. HENRICVS I. Rex Angliæ &c per Literas datas Thurstano Archiepiscopo EBORVM; Episcopo DVNELM. et Vice Comiti de NORTHVMBERLAND dedit B. Virgini MARIÆ de KARLIOL et conventui ibidem, in Salutem animarum; Ecclesias de NEWCASTLE et NEWBURN: Dedit insuper Quatour alias Ecclesias Scil. de WERKWORDA, COLEBRUGE, WITTINGHAM et RODEBERIE; quas Richardus de Aureâ Villa Capellanus tenuit: Dedit etiam maneria de LINSTOCK et CARLETON, ut dictum est; et quod Manerio de Linstock pertinuit; Jus Advocationis Ecclesiarũ S^ti Johannis de CROSSEBY et Omniũ Animarum de SCALEBY; et Sancti Michaelis de STANWEGGES. Episcopatum etiam et Conventum aliis Ecclesiis in Foresta de Inglewood

MSS. D. dotavit; quibus, ut unâ Possessione, fruebantur; tunc enim Episcopus Prior et Canonici in Cõmune vixerunt: Quas quidem Ecclesias has fuisse puto; sc. S^ti Andreæ de Penrith; S^ti Jacobi de Hoton; S^ti Nicholai de Lazonby; S^ti Cuthberti et B. Mariæ de Karliol (cum Capellis) S^ti Michaelis de Dalston; S^ti Cuthberti de Edenhall; et Longwathby; si modo Limites Forestæ ultra Flumen Eden ad Euro-Boream porrecti erant. Inquirendum etiam est utrum Parochia de Castle-Carrok unquam intra Forrestam habebatur; nam ab ipsa fere Episcopatûs Fundatione penes Ecclesiæ Carliol. Patronatû fuisse constat.

Dugdalli Monasticon. HENRICVS II. Rex Angliæ &c. confirmat omnes Donationes Concessiones &c. quas Henricus I. exhibuerat; insuper ex Christiana Pietate et in Salutem Animarum &c. Dedit Piscáturam et Molendinum super Pontem de Hedene et unam Carrucatam Terræ quã Rex Scotiæ dederat in Achet-Wissel.

Dugd. Monas. GOSPATRICIVS Filius Erinani, Comes de Dunbarr, dedit Ecclesiam de Caldbeck et Domum Hospitalem ibi extructam ad Recipiendos Pauperes et Peregrinos; Terras etiam dedit prope Flemingby cum Sylvis et Pastura &c. Terræ Hospitalis de Caldbeck, quibus Hugo de Engain Forestarius de Englewood dotaverat, (cum ob excisas Sylvas et vias publicas stratas, á feris et Latronibus omnia tuta erant) adjectæ sunt Glebæ Rectoris de Caldbeck Licentia prius obtentâ a Priore & Conventu; et Willielmo de Vescy; Burga Uxore ejus; et Alicia de Romley Domina de Allerdale; tempore Joh. Regis. Advocationem Rectoriæ Bartholomæus Prior concessit Waltero Malclerk Episcopo Carliol.

Dugdalli Monasticon. GOSPATRICIVS filius Ormi et Egelina Uxor ejus dederunt Johanni Priori & Conventui et B. Mariæ de Karliol omnes Terras (Waytcrof dict) quas Aculphus tenuit de Illis: juxta Flemingby inter duas Valles, cum Sylvis & Pastura; Pro animabus Eorum

Dug. Monas. Patrum Matrum &c. ut Ipsa Charta testatur. Hic Gospatricius donavit insuper Prioratui Domum vel Mansum prope Ecclesiam S^ti Cuthberti Carliol, vulgo dict Arthursbury vel Arthur's Chamber: quã

Potius Britici ad annum Xti 522. Arthurus filius Uteri Pendragon Bellis *Scoticis* ob eximiam Virtutem Notissimus ædificaverat.

Dugd: Monas. WALDEVUS filius Gospatricii Dedit Ecclesiam de Espatrick et unum Messuagiũ juxta Ecclesiam S^ti Cuthberti Carliol: Ecclesiam etiam de Crosseby: Unam Carrucatam Terræ; et Decimas Capellæ

Dug: Monas S^ti Nicholai Super Mare: cum aliis Terris et Decimis Albensiũ: Donavit etiam, has Reliquias quas

de Jerusalem et Terrâ Sanctâ Ipse Domum tulerat: Sc: unũ de Ossibus D^vi^ Pauli Apostoli; Aliud S^ti^ Johannis Baptistæ: Duos Lapides vel Frustula de Sepulchro Salvatoris: et Sanctæ Crucis assulam.

Dug: Monas — ALANVS filius Waldevi dedit Parvam Crosseby, vel Cross Canonby; prope Sead-de Bothy: una cum Advocatione Ecclesiæ: Donavit etiam Ecclesiam de Ireby cum Sexta Parte Villæ: viz^t^ Langethweth, Dugd: Monas. Thewiter et Statethweth: Corpus filii Waldevi, qui MSS. D. tenerâ ætate diem obiit, Prioratui Sepeliendum dedit; et Ecclesiæ de Espatrick Advocationem ei confirmavit.

Dugd. Mon. — WALDEVUS filius Alani; donavit magnam Crosseby.

Dugd. Mon. — RADOLPHUS de Lindesia, Donavit terras quas Radolphus de Artureth tenuit in Loretunâ: Molendinum etiã cum Pertinentiis, etc.

Dugd. Mon. — RADULPHUS ENGAIN; Uxor Ibria et Will^s^ Filius pro se & Hæredibus suis Dederunt Manerium de Henrickby vel Herriby; cum Molendino & Libertatibus: modo & formâ amplissimis.

Dugd. Mon. — WILLIELMUS ENGAIN Dedit B. Mariæ et Prioratui Karliol, quatuor Salinas inter Berch et Drombogh: cum dimidio Terrarum (quas habuit) de Scadabothes: & dimidiam Reddituum; et insuper unum Messuagium apud Carliolum.

Dugd. Mon. — HVGO DE MOREVILLA Donavit duas Acras terræ et duo Messuagia: in Meabrume.

Dugd Mon. — HALTHE MALCHAEL et EVA uxor ejus Dederunt XV Acras Terræ in Crakethork; ad ripas flũ Trutebeck: et pratum in Crakethorp inter Hedenam et Troutebeck.

Dudg. Mon. — JOHANNES DE MOREVILLA et Hæredes dederunt Carrucatam Terræ in Crekestoe et quatuor Acras in Timpaurin.

Dugd. Mon. — UTHREDUS ET ADAMUS (Hæres Fithvenni) dederunt Terras, de quibus Lis orta erat, inter Boolt et Calleby.

Dugd. Mon. Radolphus filius Walteri dedit Carrucatam Terræ in Stainton ; cum duobus Messuagiis.

Dugd. Mon. Gilbertus Aculph et Hæredes dederunt Terras de Dominicâ Mensâ quæ pertinebant ad Timpaurin.

Dugd. Mon. Theobaldus de Dacre dedit Terras in Timpaurin.

Rex Angliæ confirmavit Priori et Conventui omnia quæ habuerunt circa Burum Arthuri, tum Canonicorum Mansionem.

Dugd. Mon. Umfridus Malchael dedit tertiam Partem Partem Ecclesiæ de Lowther.

Dugd. Mon. Adam Aculf confirmavit Terras in Timpaurin ; quas Gilbertus avus et Givilla Mater dederunt de Dominicâ Mensâ.

MSS. D. Robertus de Vallibus (sive Vaux) dedit unam Carrucatam in Hatton cum Pastura &c. Donavit insuper Ecclesiam de Hatton cum Appertinenciis.

MSS. D. Willielmus Decanus Carliol dedit tres Acras Terræ . . . . . ad mænia Urbis Carlioli.

Dugd. Mon. Adam filius Ughtredi dedet duos Bovatas Terræ in Talentyre. Quas omnes donationes et Concessiones enumerat et confirmat Chartâ Regiâ dat 4 Mart. ad Westmonast.

Gilbertus filius Gilberti de Dundraw Miles (Qui quidem Gilbertus erat filius Ordardi Domini de Wiggeton, vulgo dict Odardus de Logis temp. Richi. I. & Joh. RR) Dominus de Distington Dundraw et Crofton dedit terras in Crofton Prioratui de

MSS. D. Carliol.

Isaacus de Ireby filius Thomæ ex Gospatricii Comitis Prosapia ortus, Donavit Prioratui Carliol Mansum suum vel Manerium de Isackby nunc Prior

MSS. D. Hall prope Arbeiam.

MSS. D. Adam de Bray Dominus de Rothcliff donavit Johanni Priori et Conventui Rectoriam suam de Rothcliff quam idem Johannes Ecclesiæ Carliol. appropriari curavit 5 Joh. Reg.

MSS. D. Willielmus Wastall sive la Wastedale qui apud Sevebergham Seveburgham vel Seburgham

vitam duxit Eremiticam ; quam ad extremam Senectutem produxit ; (vixit enim a tempore Hen. I. usq^e ad tempus Johan R.) Prioratui dedit eas terras, quas Rex Johannes ei dederet, in puram et perpetuam Eleemosynam. Has Prior et Conventus clausuris cinxerunt et ad firmam dimiserunt, et Eremitæ Cellam in Ecclesiam Parochialem mutarunt ; inde Manerii & Parochiæ initia.

MSS. D. Willielmus Boyvill (6 Ed 1) dedit Terras in Blenkarn ; quas Ecclesia adhuc possidet.

MSS. D. Johannes de Crofton Donavit Terras. Prioratui Carliol : quæ vero aut ubi fuerunt, non constat.

Reg. Epi. Carliol. EDVARDVS I Rex Angliæ &c. motus ad hoc per Devotionem erga B. Virginem : Reliquias S^ti Thomæ Martyris : et aliorum Sanctorum in Ecclesiâ B. Mariæ Karliol : præcipuè vero ad reparandum Dampnum quod Conventus per ingruentes Scotos sustinuerunt ; Prioratui dedit perpetuam Advocationem Ecclesiæ S^ti Kentigerni de Soureby : et Licentiam Appropriandi, cum primum vacaret : Literis datis 4 Apr. Regni xxv apud Karliolum.

Reg. Epi.

Dugd. Mon Johannes de Curceio dedit Redditus quosdam e Domo vel Hospitali quod extruxerat in Honorem S^ti Thomæ Martyris et Canonicorum prope fontem dict. Tiberglorie in Suburbiis de Dun ; cum uno Messuagio in Dun : et Decimis Dominici et Terrarum &c. Teste Rege apud Eborum.

Dugd. Mon. Edwardus II Rex hanc Concessionem confirmavit.

Reg. Epi. Carliol. Johannes de Capella, Prætor Civitatis Carliol. fundavit Cantariam in Capella S^tae Catherinæ in Ecclesia B. Mariæ V. Carliol : et Terras et Redditus largitus est, quibus unus Presbyter Sustentaretur ad

preces Deo continuo fundendum A.D. MDCCCLXVI. Has Terras Henricus VIII Decano et Capitulo obsignavit; et constituunt Manerium: quod vulgo dicitur, John de Chappel.

Reg. Epi. Carl. JOHANNES DE HALAUGTON vel HALTON, primo Prior, dein Episcopus Carliol. ædificavit Turrim intra Septum Collegii quâ Clerici gravioris Criminis detenti incarcerentur. Domum etiam extruxit, quâ Ille et Successores exciperentur. Breve Regis emissum est Majori et Balivis Carliol. ad videndũ ne quid damni caperent mænia Urbis; et ut ad distantia xv pedum novum Ædificium à Muro extaret. Recuperavit etiam terras quasdam amissas, quæ ad Manerium de Linstock pertinebant.

Reg. Epi. Karliol. GILBERTVS de Welton, Episcopus Karliol Benefactorum Catalogo inseri optime meruit; Labanti enim Ecclesiæ Fabricæ Exemplo et Authoritate Succurrebat: Ipse, magnas Opes reficiendæ, impendens: et Alios in tam publicum Opus Literis exhortans; quas emisit in totam Diocesin Ad faciendum Quæstum; omnibus Peccatorum pœnis Benefactoribus relaxatis ad XL dies. Hinc factum est ut inter A.D. MCCCL et MCCCLX Ecclesia conventualis non solum reparata: sed etiam ad majorem partem de novo extructa est: Elegans et nitida Structura.

Reg. Epi. Karliol. JOHANNES DE MORLAND Rector Ecclesiæ S^tae Margaretæ de Martyne, dedit Prioratui ad Pietantiam C. Sol. et Fabricæ Ecclesiæ Cathedral XL Sol.

Reg. Epi. Karliol. JOHANNES DE SALKELD Vicarius S^ti Michaelis de Adingham; moriens Conventui legavit C. Sol. et etiam Fabricæ Ecclesiæ C. Solid.

ADAM DE WIGGETON Vicarius etiam de Adingham Testamento obsignavit Corpus Cancello Ecclesiæ B,

Mariæ Carliol ; et Summo Altari Calicem deauratũ Legavit.

Reg. Epi. Robertus filius Adami fil. Walteri de Torneby ; Testamentum signavit apud Rose et legavit Fabricæ Ecclesiæ Cath. Carliol III Sol.

Reg. Epi. Carliol. Circa An. D. mcccLx ad Fabricam Ecclesiæ perficiendam Numos Ligna et alia Beneficia porrexerunt

MSS. D. Edvardus III Rex Angliæ &c. Illustres Viri de Familiis Luciorũ Perceiorum Nevellorũ &c. Alii etiam de Familiis de Graystock, de Musgrave, de Lowther, de Stapleton, de Dalston, de Fleming, de Tilliol, de Terriby, de Fletcher, de Brougham, de Aglionby, de Engain, de Blencow̃, de Salkeld, de Dacre, &c. Quorum omnium Scuta seu Arma Gentilitia ad Lacunar Cancelli depicta conspiciantur. Verum Quæ aut Quanta fuerunt Beneficia, quæ contulerunt, de certo non constat ; Sufficiat cognoscere Ecclesiam Karliol. Familiarũ tam Illustrium Eleemosynâ et Auxilio extructam et Ornatam fuisse : proindeqz Canonicos ibi Deo servientes obstrictos esse Preces effundere in Salutem et Emolumentum Omnium qui ex istis Familiis Originem trahunt : ut Deus illos Benedictionis rore aspergat, et in Illorum Sinum munifice rependat quicquid Progenitores, in Ejus Honorem et Gloriam pie erogaverunt.

Civitas Karliol ad Struendam Ecclesiam Nummos de publico Ærario Suppeditârunt ; ut Arma Fecialia restantur quæ in Ecclesia itidem depicta cernantur.

MSS. D. Johanna uxor Roberti Whitrigg dedit Priori Karliol XIIX acras Terræ : et Redditum ad XIX^{s} VI^{d}.

Reg. Epi. Robertus de Bix Vicarius de Torpenhow moriens in Aula Reginæ apud Oxoñ legavit Bibliothecæ Prioratûs Carliol unum Par Clementinorum et aliud Decretalium.

MSS. D. Johanna Relicta Walteri de Wiggeton dedit Tenementum in Wiggeton et tertiam partem Manerii de Averthwait.

Reg. Epi. WILLIELMVS DE STRICKLAND Episcopus Carliol A.D. MCCCC Turrem Ecclesiæ Conventualis à medio ad apicem extruxit; et Paramide ligneâ decoravit quam plumbo obduci fecit: Campanile etiam Quatuor Campanis instruxit: quibus Parochiani ad Sacra convocarentur. Pyramis, ne mole suâ muros jam Senio confectos opprimeret ex Consilio Decani et Capituli circa annum Domini MDCLXI detracta est.

THOMAS GOUDIBOUR; Prior; Benefactorum Albo inseri meruit; nam reparando et ornando Conventui, ubi opus erat. multum incubuit et magnos numos impendit. Apodyterium (quod olim Capella S^t^ Catherinæ) cælatis Ostiis et Thecis instruxit; quarũ uni hunc versiculum inscriptum videre est.

> En Domus hæc floruit Goudibour tegmine Thomæ
> Cum bonis immensis merces sint Dydyma lucis.

Et (si fas est conjicere) Stalla etiam posuit, varie (ut sunt) exculpta, et ad Tabernaculi modum affabre acuminata.

SIMON SENOS vel SENHOUSE Prior: (præter quod diximus) Historiam S^ti^ Augustini (ad cujus Ordines Canonici vitam instituerunt) in Ecclesiâ Suâ depingi jussit, unâ cum Legendâ S^ti^ Cuthberti; quæ adhuc indeleta cernuntur.

Chartam et Statuta Eccl. HENRICVS VIII Rex Angliæ &c. loco Prioris et Conventus Decanum et Capitulum per Chartam Regiam constituit: Redditibus antiquis Hæc insuper addens. Sc. Cantarias S^tae^ Catherinæ: S^tae^ Crucis: S^tae^ Rochæ: S^tae^ Mariæ de Skelton: et S^ti^ Albani: et etiam Prioratum de Wedderhal, ut prius dictum est: Quis vero hunc Prioratũ fundavit: et qui Benefactores in ejus augmentum de Bonis suis contulerunt, postea dicetur.

Thomas Smith S.T.P. Decanus; unicus post Henricum Fundatorem Benefactor. Præter ea de quibus mentio facta est, Beneficia: Vasa argentea deaurata Mensæ Dei consecravit: Sc: duos calices peramplos: Duo Pocula cum Operculis; et unam Patinam recipiendis Oblationibus dicatam; Quorum unicuiqz hæc inciduntur.

Deo et Ecclesiæ Sanctæ et Individuæ Trinitatis Carliol. Sacrum Ex dono Thomæ Smith S.T.P. Ejusdem Ecclesiæ Decani. Anno Dni MDCLXXX.

Inter Benefactores Locum habere possunt Canonici; qui Domus suas Civilis Belli impetu dirutas condiderunt: Sc.

Arthurus Savage Canonicus: qui A.D. MDCLXV Domum propriis Sumptibus extruxit; et insuper se Promissione obstrinxit Libros (quos habet optimos) instruendæ Bibliothecæ daturum.

Ludovicus West ædificandæ Domui XL libras moriens legavit MDCLXVII.

Thomas Musgrave XL etiam libras eidem operi promovendo numeravit MDCLXVIII.

Johannes Ardrey III^ae^ (ut Illi) Præbendæ Præbendarius XL libras dedit.

Thomas Tullie his Adminiculis fretus Domum elegantem et recipiendæ Familiæ satis capacem instruxit: et propriis Impensis ad C. fere Libras ultra quas Canonici contulerunt absolvit An° Dñi MDCL XXXVIII.

NOTITIA
Prioratûs de Wedderhall
et
Cellæ S. Constantini
Una cum
Catalogo Omnium Benefactorum.

Dugd. Mon. Chart. Wedd.

PRIORATUS de Wedderhal vel Wetherhala et Cella S^ti Constantini pertinebant (ut filia ad Matrem) ad Magnam et Opulentam Abbatiam S^tae Mariæ Eborum: et Prior et Monachi hic degentes, ut et Abbas et Monachi apud Eborum, vitam composuerunt ad Ordinem et Regulas S. Benedicti.

Dugd. Mon. Regist. Wed. procul dubio MLXXXVI.

Abbatiam S. Mariæ Eborum fundavit Willielmus II A.D. MDXXVI et Regni primo: Sacræ Domui Stephanum præficiens: Tempore hujus Stephani (Quo vero anno non constat)

Reg. Wed.

Radvlphvs de Micenis seu Randulp Meschin cui Conquestor Cumbriam dederat eâ conditione ut Scotos repelleret, Manerium de Wederhala quietũ et liberum ab omni Terreno Servicio in purâ Eleemosynâ, Ei et Abbatiæ S. Mariæ Eborum in perpetuâ Possessione Donavit ut ex ipsâ Chartâ apparet.

Charta. Wed. et Dugd. Mon.

Dedit etiam Piscariam et Molendinum in Terra de Corkby prohibens ne aliquis piscetur inter Stangnum et Monkwath præter Monachos.

Reg. Wed.

Idem Radulphus de Micenis aliâ Chartâ dedit Abbati et Monachis S. Mariæ Eborum Ecclesias S^ti Michaelis et S^ti Laurentii, castelli Sui de Apulby; cum Appertinenciis; liberas et quietas, Sicut Radulphus Capellanus tenuit. Et duas Partes Decimæ Dominici ex utraqz parte aquæ: et duas partes Decimæ Dominici de Meaburne et Salchild.

Willielmus II Radulphi Donationem confirmat: insuper de proprio addens Cellam S^ti Constantini (quam eam esse puto quam de Rupe exisã et

excavatam cernimus ad Ripam fluminis Eden juxta Prioratum de Wedderal jam ruderibus Sepultam) et Capellã de Warthewick: Dedit etiam et confirmavit totam Pasturam inter Eden et Regiam Viam quæ ducit de Karliolo ad Apulby: et a Wedderhal usqz ad Drybeck.

Reg. Wedd. HENRICUS I. Rex Angliæ &c. Chartis Regiis omnia confirmat Privilegia, majora etiam addens.

Donationem Ecclesiarum SS. Mich^lis et Laurentii de Apulby etiam confirmat; cum concessione mortui Bosci in Forestâ de Karliolo Monachis et Hominibus Suis.

Reg. Wedd. RICHARDUS I. dat chartam Confirmatoriam omniũ Privilegiorum: et Breve emittit Vice Comiti Karliol. ad exequend. &c.

Reg. Wedd. JOHANNES Rex Libertates amplo modo confirmat.

Reg. Wedd. ADAMUS filius Sweni dedit Eremitorium S^ti Andreæ.

Chart. in Reg. de Wed. UGHTREDUS fil. HOLFE dedit tertiam partem de Croglin una cum Ecclesia: duas etiam Bovatas Terræ: Molendinum de Scotby: ½ Carrucatæ Terræ in Cumquinton; et Decimas Dominici de Scotby.

Reg. Wedd. EMSANT fil. Walteri dedit unam Carrucatã terræ in Colby.

Reg. Wedd. KETELLUS fil. Eltreth dedit Ecclesiam de Morland et tres Carrucatas terræ.

Reg. Wedd. WALDEVUS (vel WALTERUS) filius Gospatricii dedit Ecclesiam de Brunfield; unà cum Corpore suo. Dedit etiam Decimas Terrarum in Salchild.

Reg. Wedd. HENRICUS II. Rex Angliæ &c. omnes Donationes Chartas Concessiones prius inspectas Regio Diplomate confirmat.

Reg. Wedd. HENRICUS III. omnia jura Privilegia &c. regio munimine Stabilivit.

Reg. Wedd. ETHELWALDUS Episcopus Karliol. Ecclesiam de Wedderhal & Capellam de Wathewick cum Decimis et Obventionibus confirmat: Salvis Sibi et Archidiacono Synodalibus et Archidiaconalibus. Ecclesiã

etiam de Croglin cum tertiâ parte villæ; et Hermitorium S^ti^ Andreæ quod ab omni Subjectione Ecclesiæ de Kirkland absolvit.

Reg. Wed. Aliâ Chartâ confirmatoriâ præter hæc confirmat etiam Abbati &c. Ecclesias S^ti^ Michaelis et S^ti^ Laurentii de Apulby: de Kirkbystephan: de Ormeshead: de Morland: de Cliburn: et de Brunfield: hac Lege ut ad unamquamqz Sacerdotem alerent, et Sufficienti Stipendio ei providerent.

Reg. Wed. Bernardus Episcopus Carliol. omnes priores Concessiones confirmat.

Reg. Wed. Honorius III. Papa R. omnia jura Privilegia &c. Bullâ suâ confirmat.

Reg. Wed. Hugo Episcopus Carliol. Ecclesias de Kirkby Stephan et Morland et S^ti^ Michaelis et S. Laurentii de Apulby Priori et Monachis de Wedderhal appropriari fecit; ad Sustentaconẽ Pauperũ et Peregrinorũ. Alias etiam Ecclesias Abbati et Monachis B. Mariæ Eborum confirmat una cum Decimis earum.

Reg. Wed. Gregorius R. Papa omnes Concessiones confirmat.

Reg. Wed. Sylvester Episcopus Karliol. omnia itidem confirmari fecit.

Reg. Wed. Walterus et Bartholomæus Priores Karliol. Chartis Episcoporũ confirmatoriis Sigilla sua apposuerunt.

Reg. Wed. Johannes Prior et Conventus Karliol. jus quod habuerunt ad Decimas de Scotby Priori de Wedderhal remittunt: hac lege ut dimidium Marcæ Solveret ad Fabricã Ecclesiæ Carliol.

Reg. Wed. Radulphus Episcopus Karliol. lite motâ inter Eum & Abbatem &c. Eborum de jure Custodiæ Prioratûs de Wedderhal, cum vacaret: et de Institutione &c. Abbati omne Jus suum quod habuit, remisit; hac conditione quod Prioratus solveret duas Marcas & dimid. de Ecclesiâ de Denton penes Ecclesiã Cathedralem Karliol; Et Quod Abbas &c. Eborum

præsentaret; et Episcopus Karliol admitteret Priorem: illum obstringens juramento Canonicalis Obedientiæ Episcopo, Regularis vero Abbati.

Reg. Wed. ALEXANDER, CELESTINUS, ADRIANUS IV., HONORIUS III. et BONIFACIUS PP.RR. Privilegia Bullis datis corroborant.

Reg. Wed. OSBERTUS fil. Odardi dedit Prioratui de Wedderhal partem suam Piscaturæ in Eden quæ pertinuit ad Villam suam de Corkby et Ripam usqz ad Southwath: et duas Bovatas terræ in Corkby.

Reg. Wed. WILLIELMUS fil. Odardi de Corkby et Uxor Osane Osberti concessionem confirmant: addentes insuper consensu Roberti de Vallibus Dñi de Gillesland tres Bovatas terræ in Warthwick et XII^{d} Redditûs in Corkby cum aliis Terris. Concedunt etiam Præsentationem unius Capellani ad Capellam de Warthewick qui resideret et pro eis ut pro monachis celebraret. Dederunt etiam Decimas Pannagii in Corkby.

Reg. Wed. ROBERTUS fil. Willi filius Odardi confirmat quæ Pater dederat: addens insuper Octavũ Piscem, quem habuit de coffino apud Wedderhal, et Terras vocatas Constantine-cliff.

Reg. Wed. JOHANNES fil. Will^{i} fil. Odardi et Alane uxor dederunt Unum Messuagiũ in Warthwick cum Tofto et Crofto &c.

Reg. Wed. WILLIELMUS Sutoret Hanwisia uxor dederunt 4 Acras in Corkby.

CHRISTIANA filia Ranulphi dedit quatuor Acras terræ in Corkby.

Reg. Wed. ALANUS DE LANGETHWAIT dedit Corpus suum Prioratui de Wedderhal; et omnes Terras in Warthewick cum Pastura Sylvis et Fodinis Lapidum in Langwathbye.

Reg. Wed. HENRICUS BIRKENHEUED et Beatrix Uxor et Sibylla Soror dederunt tres Acras in Ulmo juxta Warthwick Brigg vocatas Constantine-Cleme.

Reg. Wed. Werricius de Ponte in Fraternitatẽ Domûs admissus dedit xii^{d} annui Redditûs.

Reg. Wed. Johannes Coquus pro quatuor acris dedit vi^{d} annui Redditûs.

Reg. Wed. Johannes Spendtine et Margarita uxor ejus dederunt quatuor Acras in Wedderhal.

Reg. Wed. Matilda de Barrock filia Joh. Spendtine dedit omnes Terras quas habuit in Wedderhal.

Reg. Wed. Willielmus de Herriby dedit dimidium Carrucatæ terræ in Combquinton.

Reg. Wed. Hibredus de Karliolo dedit omnes Terras et Sylvas de quibus Lis mota erat inter Eum et Priorem de Wedderhal.

Reg. Wed. Richardus & Robertus de Karliolo fratres Hilredi Concessionem confirmant; dantes de proprio Pasturam et mortuũ Boscũ in Sylvis de Combquinton.

Reg. Wed. Endo de Karliolo fil. Adæ fil. Roberti fil. Odardi fil. Hilredi omnes priores Concessiones confirmat; addente insuper quercus mortuas et Ligna pro Carris &c.

Reg. Wed. Adam fil. Rogeri de Karliolo dedit viii^{s} annui Redditûs de terris in Combquinton vocatis Forelands & Osmains.

Reg. Wed. Richardus Mansell Dominus Medietatis de Combquinton hanc Concessionem firmat.

Reg. Wed. Endo fil. Willi fil. Endonis de Karliolo omnia confirmat, ea Lege ut Prior et Conventus quot annis ad Nativitatem S^{ti} Johannis Baptistæ Rosam ei et Successoribus suis porrigerent.

Reg. Wed. Johannes fil. Roberti & Matilda Sponsa ejus dederunt Gamello Werrer v. Virgatas terræ in Combquinton quas Gamellus postea Prioratui dedit remisso Redditu unius Solidi.

Reg. Wed. Walterus Janitor de Wedderhall et Eva uxor dederunt iv. Acras terræ in Wedderhal: et postea unam aliam acram & duas Bovatas in Newby.

Reg. Wed. Johannes fil. Willielmi de Ermine dedit iv. acras terræ in Wedd^{ll}.

Reg. Wed. ALANUS DE NEWBY Clericus dedit Terras et Tenementum in Wedderhal.

Reg. Wed. WILLIELMUS DE AGULLANBY dedit in puram Eleemosynam unum par albarum Chirothecarũ, quas Walterus de Untonia ei quotannis dare tenebatur.

Reg. Wed. RICHARDUS DE LEVINGTON dedit tres Acras terræ ad mænia Urbis Karlioli Orientem versus.

Reg. Wed. RICHARDUS fil. Richardi fil. Trute pro Salute Animæ &c. dedit unũ Toftun . . . . extra Bochardgate Urbis Karliol.

Reg. Wed. WALTERUS DE BOCHARDBY dedit in Salutem animæ omnes Terras quas habuit in Territorio de Bochardby vocatas Elwrickflat cum pratis &c. inter Devisã de Scotby et Fontẽ S. Helenæ &c.

Reg. Wed. LAURENTIUS DE AGULLUNBY dedit quatuor Acras in territorio suo de Agullunby cum Crofto et Tofto; et unã Acrã vocatam Greensyckflatt: et ½ acræ in Longlands et ½ de butto Subtus Monkbrig; in purã et perpetuã Eleemosynã quas omnes Prior dimisit pro redditu XII. denar.

Reg. Wed. SIMON DE MORVILL confirmavit dimidium Carrucatæ terræ quã Ibria dederat: cum duabus Salinis in Parochia de Burghes; quas Radulphus Engain et Willielmus filius dederant.

Reg. Wed. HUGO DE MORVILL & RICHARDUS DE LUCIE et alii Concessionẽ confirmant.

DAVID comes de KIRKARVILLE dedit Villam vocatam Kirkarevill et Ecclesiam quas Robertus de Brus prius dederat.

Reg. Wed. ROBERTUS filius Bueth de Buethcastre confirmavit quæ Pater dederat in Butchcastre; insuper addens Pasturam et quatuor Acras &c. Dedit etiam Willielmo Clerico Ecclesiã de Denton in purâ Eleemosynâ; cum Advocatione cum primum vacaret.

Reg. Wed. WILLIELMUS DE CROGLINE dedit duas Acras in Alneto suo juxta Hellerbeck cum Pasturâ &c. Dedit etiã Radulphũ filiũ Alani et Aliciam Uxorem cum Sequela et Catellis suis in puram Eleemosynam.

Reg. Wed. Simon Capellanus de Wedderall dedit omnes Terras in Astaplish Crogline et Ruchcrof Prioratui de Wedderhall.

Reg. Wed. Michael de Anstapligh dedit tres Acras cum dimidio juxta Hallybank; cum pastura &c.

Reg. Wed. Michael filius David de Anstapblit (utrum idem qui prior plane nescio) dedit dimidiũ acræ cum Tofto et Crofto in Villa de Ruccroft; dimidium Acræ in Stiche Stocklands et aliud dimidium in Binwray: et tres alias Acras cum dimidio in Charcaire in Anstaplid cum Libertatibus &c.

Reg. Wed. Johannes Museic et Matilda Sponsa ejus dederunt Septẽ acras in Anstaplith cũ Mora juxta Hallibank &c.

Reg. Wed. Maria uxor Gilberti de Slegill dedit omne jus quod habuit ad unũ Messuagium in Slegill; quod Gilbertus prius dederat.

Reg. Wed. Willielmus Britton de Colby dedit unã Carrucatã terræ in Colby.

Reg. Wed. Mabilia filia Adami fil. Richardi de Bothcastre dedit xiv. acras terræ in Bothcastre cum duabus Toftis, Libertatibus &c.

Reg. Wed. Johanna filia Adami fil. Personæ de Bothcastre confirmat Terras quas Pater Prioratui dederat.

Reg. Wed. Gerardus de Lascells Dominus de Levington dedit xx. acras terræ arabilis in territorio de Hederfford vocatas Scalriging et insuper unã Acram et unã virgatam alio Loco: cum pastura pro dc Ovibus, ix boviis, iv vaccis &c. Dedit etiam unam acram Prati et unam Busauccam quam quotannis recipere solitus erat de Camera Prioratus de Wedderhal: juramento Se obstringens quod nec Ille nec filius ejus Elias, nec aliquis de Hominibus suis lites aliquas movebunt contra Priorem coram justiciariis aut alibi; Si fecerint perjuros et Excoñunicatos esse et Soluturos centum Solidos Nomine Pænæ.

Reg. Wed. Bernardus Epũs Karliol lite motâ inter Priores de Wedderhal et Lannercost circa Ecclesiam de

Denton jus Præsentandi Priori de Wedderhal concedit.

Reg. Wed. Hugo Episcopus Karliol consensu Capituli Ecclesiam de Denton Priori de Wedderhall Appropriari fecit ; cujus Advocationem Robertus filius Buethi de Buethcastre Priori dederat cum viii acris terræ.

Reg. Wed. Johannes de Denton dedit octo acras terræ vocatas Warduthel in excambio pro istis quas Robertus filius Bueth dedit : has

Reg. Wed. Elias filius Davidi de Denton Priori de Wedderhal remittit et illis renunciat plena Curia apud Karliolum.

Rsg. Wed. Walterus Baving vel Bayrin Consensu Uxoris dedit xx. acras Terræ in Villâ de Bordoswald, cum Libertatibus &c. Terras etiã vocatas Harethwait.

Reg. Wed. Radolphus Baynin hanc Concessionem confirmat.

Reg. Wed. Simon Capellanus de Wedderhal Abbatiæ remittit omnes terras quas habuit in Bordoswald.

Reg. Wed. Alanus filius Willielmi de Stavely de Ravenwick dedit duas Bovatas terræ in Talkan cum pastura pro lx Ovibus &c.

Reg. Wed. Adam fil. Alani de Curceia hæc confirmat : et insuper dedit Rogerũ fil. Huntredi cum omnibus Catellis in purâ Eleemosynâ.

Reg. Wed. Salamon de Farlam dedit duas Acras in Territorio de Farlam cum Privilegiis &c. Dedit insuper x acras de proprio Dominico in parvâ Farlam : et octo acras in Devisis ; et sex acras in agro vocato Ruchart.

Reg. Wed. Mauricius de Man dedit Salinam in Territorio de Armaythwait.

Reg. Wed. Richardus filius Bernardi de Farlam dedit quinqz acras in parva Farlam pro se et Hæredibus Suis.

Reg. Wed. Robert de Castlecarrock dedit Lapides in calcem comburendos (Limestone) cum Pastura pro Equis et jumentis cum veniebant ad devehendos.

Reg. Wed. Anselmus de Newby et Matilda Uxor ejus dederunt Toftũ et Croftum in Newby cum xv acris et

dimidio terræ et Pastura pro 4 Equis 20 Bestiis &c. Dederunt etiam Corpora sua Prioratui.

Reg. Wed. RICHARDUS DE NEWBY et Uxor EUNICE dederunt duas Bovatas terræ in Newby quas Normanus Capellanus de Crossby tenuit.

Reg. Wed. WALTERUS DE NEWBY dedit XVI acras terræ in Newby quas Richardus filius Petri dederat : cum unâ Acrâ in Holmo ; dimidio acræ in Garbrads et unâ aliâ acrâ quam tunc ipse manibus suis tenuit. Dedit etiam alias XVI acras in Newby ; liberas a Mulctura &c.

Reg. Wed. AGNES uxor Walteri dedit omne jus quod habuit in his IIII Bovatis ut vidua & Relicta dicti Walteri &c.

Reg. Wed. WILLIELMUS filius Walteri dedit omne jus quod Pater dederat ; addens de propria Benevolentia, duas acras et ½ in Newby juxta the Pott : dimidium acræ apud the Heuedland cum Pastura &c.

Reg. Wed. ROBERTUS filius Alexandri de Newby dedit Rogero filio omnes terras quas habuit in Newby tenendas de Abbate &c. Eborum reddendo inde III Solid. Prioratui de Wedderhal.

Reg. Wed. ELIAS DE CROGLIN dedit quinqz acras juxta Divisas Domini.

Reg. Wed. WILLIELMUS filius Eliæ de Croglin dedit duas Bovatas in Villa de Croglin : et quinqz alias acras in Croglin : Test. W. & R. Monachis de Bello Loco et Sacerdotibus Domini Episcopi.

Reg. Wed. Confirmat etiam consentiente Uxore Ysanda dimidiũ Villæ de Croglin quod Domina Ibria dederat : et quinqz acras &c.

Reg. Wed. ROGERUS DE BELLO CAMPO confirmat omnes terras concessas Prioratui in Croglin ut dictum est.

Reg. Wed, WALTERUS DE STRICKLAND Miles dedit quatuor acras in Territorio de Strickland &c.

Reg. Wed. WILLIELMUS DE STRICKLAND confirmat quæ Walterus Avus dederat.

Reg. Wed. JOHANNES DE VETERIPONTE dedit Prioratui de Wedderhal mortuum Boscum in Whinfell : ad cer-

tam quantitatem per Forestariũ suum definiendam.

Reg. Wed. JOHANNES filius Willielmi de Thrymbrie dedit Toftum in Thrymbrie cũ appertinentiis.

Reg. Wed. WILLIELMUS filius Rogeri de Corkby et SAMA uxor ejus dederunt mortuum boscum in Corkby-Park confirmantes omnia quæ Prædecessores dederant Prioratui de Wedderhala.

Explicit Benefactorũ Catalogus.

Chartam Eccl Cath. HENRICUS VIII. Rex Angliæ &c. Omnes Possessiones Terras Redditus et Alia Emolumenta, quæ hi Benefactores, quas enumeravimus, contulerunt, et quæ alii etiam pie erogârunt, quorũ nulla (quod scimus) mentio extat, in manus suas sursum reddi fecit, per Commissarios ad id deputatos An° Regni XXXI. Monachos datis modicis Pensionibus Prioratu expulit, et ipsam Domum Religiosam penitus dissolvi et destrui jussit. Possessiones vero tam Temporales quam Spirituales (quæ omnes tunc valebant annui Valoris CXXXI^{li} XI^{s} III^{d}) Ecclesiæ Collegiatæ Carliol. quã fundaverat, adjecit (ut dictũ est) et Chartâ Regiâ Concessionem Obfirmavit.

NOMINA

PRIORUM DE WEDDERAL

QUÆ

ANTIQUA VERUM VESTIGIA PROSEQUENTI OCCURRUNT.

PRIOREM DE WEDDERAL per aliquod tempus post Prioratûs fundationem nominabant Abbas et Conventus SS. Mariæ Eborum: Lite vero motâ Regist. Epi. Carliol. de eâ re inter Illos et Episcopum Karliol. Illi et

Episcopus alternis vicibus eligebant. Electum semper instituit Episcopus et in Stallum Prioris et Curam . . . . . Animarũ omniũ Ecclesiarum Prioratui appropriatarũ Induci fecit. Primus qui

Reg. Wed. Prioratui præfuit erat Richardus Prior temp. Willi. II.

Reg. Wed. HENRICUS DE TEUKESBYE Prior: circa tempora Henr. I. . . . . .

Reg. Epi. Carliol. JOHANNES DE THORP Canonicus S^tae^ Mariæ Eborum electus in Priorem A.D. MCCCIII. De Eo Breve Regis extat, ne citetur extra Regnum: Rex etiã inhibuit Episcopo, ne Sedi Apostolicæ Obedientiam præstaret: & quia Predecessores fundârunt Prioratũ de Wedderhall, ideo Ejus Solius Patrocinio Subjecit A.D. MCCCIX.

Reg. Epi. ADAM DE HALTON Prior, Canonicus B. Mariæ Eborum A.D. MCCCXVIII.

Reg. Epi. WILLIELMUS DE SANTFIELD Prior, Canonicus etiam Eborũ A.D. MCCCXLI.

Reg. Wed. & Epi. Carlioi. RICHARDUS PRIOR, qui Licentiam obtinuit ab Episcopo ne ad Synodos compareret.

Reg. Epi. Carliol. WILLIELMUS DE GRUDFORD S.T.P., admissus in Prioratum cum Cura Animarum A.D. MCCCLXX.

Reg. Epi. RICHARDUS DE APPLETON Canonicus Eborum, A.D. MCCCLXXXI.

Reg. Epi. Carliol. THOMAS PIGOT Canonicus itidem S. Mariæ Eborum in Priorem ascitus A.D. MCCCLXXXV.

Reg. Wed. RICHARDUS ESYNGWALDE Prior A.D. MCCCCXC.

Valor Temp. H. 8. RADOLPHUS HARTLEY Prior; tempore Henr. VIII. qui Prioratui Dissoluto Supervixit: et in Rectoriam de Wedderhal cum Capella de Warthewick Inductus est ut inde Ei de re familiari, imo laudabili Sustentatione provisum foret.

1304259

DE HOSPITALI

S. Nicolai extra Civitatem Carliol.

DOMUS hæc antiquis Chartis dicitur Hospitale S^ti^ Nicholai extra Civitatem Carliol: et Is qui Domui præfuit Magister vel Custos Hospitalitatis.

Reg. Epi. Karliol.

Hospitale hoc fundavit Willielmus II. Rex Angliæ &c: prout conjicere fas est: nam sub ejus tempus constat Prioratum de Wedderhal de hac Domo Terras et Redditus tenuisse et tempore Edwardi III. comperio Episcopum Carliolensē ab illo Rege prohibitum fuisse ne Hospitale hoc Visitaret: quia Visitationi Regiæ Solũ Subjacebat, utpote quod ab Aliquo e Regis Predecessoribus fundatum. A.D. MCCCXXXIII.

Reg. Epi. Karlioi.

Tempore Edwardi I. A.D. MCCXCVIII. Scoti Multo Agmine in Regnum irruebant: et vel ipsos Pauperes hic degentes bonis suis Spoliarant: Quare Custos Hospitalitatis Romam petit ut comparatis Ecclesiæ telis Scotos in Bonorũ Restitutionem adduceret.

Reg. Epi. de Karliol.

A.D. MCCCXXXVI Gilbertus de Welton Episcopus Karliol. Capellam ædificari jussit: et Monitione emissâ omnes ad Decimas solvendas hortatus est de Threaves of S^t^ Nicholas.

Præter Fundatorem duos tantum Benefactores reperio, sc.

Chartam in Reg. Epi. Carliol.

Hugo de Morevilla qui dedit unam Carrucatam Terræ in Villa de Hass juxta Apulby, Richardum de Burgo Vassallũ suum cum Sequela: et Terras et redditus in Burgo super Sabulonibus.

MSS. D.

Gilbertus de Dundraw Miles qui dedit Gill Martyne-Ridding pro Crofton. tempore Joh. Regis.

Reg. Epi. Valor Eccl. Cath. temp. H. 8.

Hospitale hoc alebat Custodem sive Magistrum, Capellanum, et Fratres et Sorores ad hunc vel illũ

Chartam Eccl. Cath.

numerũ prout facultates suppetebant. Annexum fuit Ecclesiæ Conventuali Carliol. ante ejus Dissolutionem; et Año Henr. VIII. xxxi. de bonis ejus Sustentabantur, præter Capellanum ad celebrandum sub

Statuta Eccliæ Cath. & Computum Thesaurii.

Stipendio $o2^{l}$: 11^{s} ob^{d}, Tres Bedelli qui recipiebant IX. Denãr. hebdomadatim ; et tres Leprosi : Qui quidem Capellanus et Bedelli dictas Pensiones a Decano et Capitulo adhuc recipiunt. Domus Hospitalis A.D. MDCXLV. cum Urbs Carlioli a Scotis Obsessa erat, belli impetu funditus eversa est : et suis ruderibus Sepulta jacet.

INDEX OF PERSONS.

Aculf, Adam, 18
———, Gilbert, 18
Aculphus, 16
Adam, son of Alanus, 31
Adamus, son of Swenus, 25
———, 17
——— son of Ughtredus, 18
Adelwaldus, 3
Adelwolf, Prior of Carlisle, 3
Adrian iv., Pope, 27
Aglionby, family of, 21
Agullanby, Laurence de, 29
——— ——— Wm. de, 29
Alanus, Prior, 4
——— son of Waldevus, 17
Alexander, Pope, 27
Anstapligh, Michael de, 30
——— ——— Michael de, son of David, 30
Appleby, Thos. de, Bp., 6
Appleton, Richard de, Prior, 34
Ardrey, John, Canon, 13, 23
Arthur, son of Uterus, 16
Athelwald, Prior, 2, 3
Athewoldus, Bp., 3, 14
Augustine, Abp., 1

Barnabas, Prior 6
Barnes, John, Canon, 11
Barrock, Matilda de, 28
Bartholomeus, Prior, 4, 26
Baving or Bayrin, Walterus, 31
Baynin, Radolphus, 31
Bello Campo, Roger de, 32
Bernard, Bishop, 4, 26, 30
Birkenheud, Henry, 27
——— ——— Beatrice, 27
——— ——— Sibylla, 27
Bix, Robert de, 21
Blencow, family of, 21
Bochardby, Walter de, 29
Boniface, Pope, 27
Bothcastre, John de, Prior, 5
———, Mabilia de, 30
Boyvill, Wm., 19
Brandling, Richard, Canon, 11
Bray, Adam de, 18
Brigantes, the, 1
Britton, Wm., of Colby, 30
Brougham, family of. 21
Buchanan, Geo., Canon, 12
Buethcastre, Robert de, 29
Buning or Bunie, Edm: Canon, 12
Burton, Thos., Canon, 11
Bury, John de, Precentor, 6

Canon, Thos., Canon, 13
Capella, John de, 19
Capellanus, Simon, 30, 31.
Carleton, Guido, Dean, 9
Carliol, Adam de, 28
———, Endo, 28
———, Endo, ibid.
———, Hebridus de, 28
———, Richard de, 28
———, Robert de. 28
Castlecarrock, Rob: de, 31
Celestinus, Pope, 27
Christiana, daughter of Ranulph, 27
Clifton, Robert de, Canon, 6
Comber, Thos: Dean, 9
Coquus, John, 28
Corkby, Roger de, 33
———, Sama, wife of Roger, 33
———, Wm. de, son of Odardus, 27
Crofton, John de, 19
Crogline, Elias de, 32
———, Wm. son of Elias de, 32
———, Wm. de, 29
Cumbrians, The, 1
Curceia, Adam de, 31
———, John de, 19
Cuthbert, Bishop 1, 2, 14

Dacre, family of, 21
——, Theobald de, 18
Dalston, family of, 21
Dalton, Wm. de, Prior, 6
Danes, The, 1
Dawes, Lancelot, Canon, 12
Denton, Elias de, 31
———, John de, 31
Dodding, Wm., Canon, 12
Dundraw, Gilbert de, Knt., 18, 35

Edenhall, Robert de, Canon and Prior, 6
Edward I, 19
——— II, 19
——— III, 21
Egfrida, Queen, 2
Egfridus, King, 1, 14

Elye, Thos., Prior, 6
Emsant, son of Walter, 25
Engain, family of, 21
———, Hugo de, 16
———, Radulphus, 17
———, Wm. 17
Ermine, John de, 28
Esyngwalde, Rich: Prior, 34
Ethelwald, Bp., 25

Fairfax, Thomas, Canon, 11
Farlam, Richard de, 31
———, Salamon de, 31
Felton, Adam de, Prior, 4
Fleming, family of, 21
Fletcher, family of, 21
———, John, Canon, 12
———, Thomas, Canon, 12
Flower, George, Canon, 11

Galfridus, Prior, 5
Gospatrick, son of Erinanus, 16
————, son of Ormus, 16
Goudibour, Thos: Prior, 6, 22
Grahme, Wm., Dean, 10
Graystock, family of, 21
Gregory, Pope, 26
Grudford, Wm. de, Prior, 34

Halaughton, John de, Prior and Bp. 4, 20
Halton, Adam, Prior, 34
Halton, John de, Prior and Bp. 4, 20
Hartley, Radolphus, Prior, 34
Hausbye, Ed: Canon, 11
Hautwyssel, Simeon de, 5
————, Wm. de, Prior, 4
Haythwait, Thos: de, Prior, 6
Helpeston, Rob: de, Prior, 4
Henry I, 2, 3, 15, 16, 25
——— II, 16, 25
——— III, 25
——— VIII, 11, 20, 22, 33
Herriby, Wm. de, 28
Hexhildesham, Thos: de, 5
Honorius III, Pope, 26, 27
——— IV, 1
Horncastle, John de, Prior, 5
Hoton, Thos. de, Prior, 6
Hugo, Bishop, 4, 26, 31
Hustworth, Wm. de, Prior, 5
Hutton, Henry, Canon, 12

Ireby, Isaac de, 18
Irish, the, 1

Johanna, d. of Adam, 30
John, King of England, 25
—— Prior, 4, 26
—— son of Robert, 28
—— son of Wm. son of Odardus, 27

Kendal, John de, Prior, 4
Ketellus, 25
Key, Arthur, Canon, 11
Kirkarville, David de, 29
Kirkbride, Bernard, Canon, 11
Kirkby, John de, Prior, 5

Lancelot, Dean, 8
Langethwait, Alanus de, 27
Lannercost, Prior of, 30
Lascells, Gerardus de, 30
Levington, Rich: de, 29
Lindesia, Radolphus de, 17
Lowther, family of, 21
Lucie, Richard de, 29

Malchael, Halthe, 17
——— Eva, 17
——— Umfridus, 18
Malclerk, Walter, Bp., 16
Mansell, Richard 28
Marshall, Henry, Canon, 13
Matilda, 2
Mauricius, de Man, 31
Maybreye, John, Canon, 11
Mayer, John, Canon, 12
Mayplett, Ed: Canon, 12
Micenis or Meschines, Radulphus de 24
Morevilla, Hugo de, 17, 35,
————, John de, 17
Morland, John de, 20
Morvill, Hugo de, 29
——— Robert de, Prior, 4
——— Simon de, 29
Musgrave, family of, 21
——— Thomas, 10, 13, 23
Museic, John, 30
——— Matilda, 30

Nelson, Jeremias, Canon, 13
Newby, Alanus de, 29
——— Anselmus de, 31
——— Agnes, wife of Walter, 32
——— Eunice de, wife of Richard, 32
——— Matilda, wife of Anselmus, 31
——— Richard de, 32
——— Robert de, 32
——— Walter de, 32
——— Wm., son of Walter, 32
Nicholson, Wm., Canon, 13

Osbertus, son of Odardus, 27

Parkins, Chris: Dean, 9
Peachell, John, Canon, 13
Penreth, John de, Prior, 6
Peterson, Wm., Dean, 9
Picts, the, 1
Pigott, Thos: Prior, 34
Ponte, Werricius de, 28

Radolphus, de Lindesia, 17
———— son of Walter, 18
Radulphus, Prior, 4
————, Bishop, 26
Rainbow, Edward, Bp., 14
Richard I, 25
——— Prior of Wetherall, 34
——— Prior of Wetherall, *ib.*
——— son of Richard, 29
Robert, son of Wm., son of Odardus, 27
Robinson, Bernard, Canon, 12
Romley, Alicia de, 16
Rydale, Richard de, Prior, 5

Salkeld, family of, 21
——— John de, 20
——— Lancelot, Dean, 7
Santfield, Wm. de, Prior, 34
Savage, Arthur, Canon, 13, 23
Scott, George, Canon, 11
Senhouse or Senos, Simon, 6, 22
Sewell, Hugo, Canon, 11
Sill, Wm., Canon, 13
Slee, Christopher, Prior, 7
Slegill, Maria de, 30
Smith, Thos., Dean, 9, 23
——— Thos., Knt., Dean, 8
——— Richard, Canon, 12
——— Thomas, Canon, 12
Spendtine, John de, 28
———— Margaret, 28
Stapleton, family of, 21
Staveley, Alanus de, of Ravenwick, 31
Stephen, Prior, 24
Strickland, Bp., 22
———— Walter de, 32
———— Wm. de, 32
Sybson, Richard, Canon, 12
Sylvester, Bp., 26

Terriby, family of, 21
Teukesbye, Henry de, Prior, 34
Thorp, John de, Prior, 34
Thorstanus, Abp. of York, 15
Thrymbrie, John de, 33
Tilliol, family of 21
Todd, Hugo, Canon, 14
Tonstal, Fred: Canon, 12
Tookey, Thos: Canon, 11
Torneby, Robert de, 21
Tullie, Thos: Canon, 13, 23

Ughtredus, son of Holfe, 25
Uthredus, 17

Vallibus or Vaux, Robert de, 18
Vescy, Wm. de, 16
Veteriponte, John de, 32

Waldevus, son of Alanus, 17
———— son of Gospatrick. 16, 25
Walkwood, Antonius, Canon, 11
Walter, Prior 3, 15, 26
——— Janitor of Wetheral, 28
——— son of Gospatrick, 25
Warwick, Adam de, Prior, 4
Wastall, Wm., 18
Welton, Gilbert de, Bp., 5, 20, 35
West, Ludovicus, Canon, 12, 23
White, Francis, Dean, 9
Whitrigg, Johanna de, 21
Wiggeton, Johanna de, 21
————, Adam de, 20
William, 27
——— Dean of Carlisle, 18
———— I, 3, 24
———— II, 2, 14, 24, 35
Wolley, John, Dean, 8

Yenlis, Walter, 7
Ysanda, wife of William de Croglin, 32

INDEX OF PLACES.

Achet-Wissel, 16
Agullunby, 29
Andrew's, S., Penrith, 15
Andrew, S., Hermitage of, at Wetherall, 25, 26
Anstaplid, 30
Appleby, S. Lawrence, 24, 25
———, S. Michael, 24, 25
Armathwait, 14, 31
Arthursbury or Arthur's Chamber, 16 18
Astaplish, 30
Averthwaite, Manor of, 21

Binwray, 30
Blenkarn, 19
Bocardgate, Manor of, 15
Bochardby, 29
Bordoswald, 31
Brunfield, Church of, 25, 26
Burgh, 29, 35
Buthecastre, 29, 30

Caerluel, 1
Caerlugubal, 1
Caldbeck, 16
——— Hospital, 16
Carleton, Manor of, 3, 15
Carlisle, City of, 21
——— S. Cuthbert, 15
——— S. Mary, 3, 15
———, Forest of, 25
Castle-Carrock, 15
Catcoat, Manor of, 15
Cliburn, Church of, 26
Colby, 25, 30
Colebruge, Church of, 15
Constantine-Cliff, 27
Convent of Carlisle, 15, 35
Corkby, 24, 27, *ib. ib.*
Crakethorp 17
Crofton, 18
Croglin, 25, 30, 32
Cross Canonby, 17
Crosseby, Church of, 16
Cumquinton, 25, 28
Cuthbert, S., Church of, Carlisle, 3

Dalston, S. Michael, 15
Denton, Church of, 31
Durham, 19

Eden, Land near River, 25
Eden, Fishing in the, 16, 27
Edenhall and Langwathby, Church of, 15
Ellerton, Manor of, 15
Espatrick, Church of, 16

Farlam, 31
Flemingby, 16

Great Crosseby, 17

Hallybank, 30
Hass, 35
Hatton, 18
Hederfford, 30
Hellerbeck, 29
Herriby, Manor of, 17
Hospital of S. Nicholas, 35
Hoton, Church of, 15

Inglewood, Forest of, 15
Ireby, Church of, 17
Isackby, Manor of, 18

Jerusalem, Relics from, 17

Kirkareville, 29
Kirkby Stephen, Church of, 26

Langwathbye, 27
Lannercost, 30
Lawrence, S., of Appleby, 25, 26
Lazonby, S. Nicholas, 15
Linstock, Manor of, 3, 15, 20.
Little Crosseby, 17
Little Farlam, 31
Loretuna, 17
Lowther, Church of, 18
Luguballia, 1, 2

Meabrume, 17
Michael, S., of Stanwix, 3, 15
——— of Appleby, 25, 26
Morland, 25
——— Church of, 26

Newbiging, Manor of, 15
Newburn, Church of, 15
Newlathes, Manor of, 15

Newby, 28, 31, 32
Newcastle, Church of, 15

Ormeshead, Church of, 26

Penrith, Church of S. Andrew, 15
Priory, S. Oswald, York, 2

Rodeberie, Church of, 15
Rothcliff, 18
Ruchcroft, 30

Salkeld, 25
Scalriging, 30
Scotby, 25, 26
Sebergham, Hermitage near, 18
Skelton, S. Mary's, 22,
Slegill, 30
Soureby, S. Kentigern, 19
Stainton, 18
Stainweggs, Church of S. Michael, 3, 15
Strickland, 32

Talentyre, 18
Talkan, 31
Thrimby, land in, given to Wetheral, 33
Timpaurin, 18
Torpenhow, 21

Warthewick, 25, 27
Werkworda, Church of, 15
Wetheral, Priory of, 7, 22, 24, 25, 27
——— Manor of, 24, 28
Whinfell, 32
Wigton, 21
Wittingham, Church of, 15

York, Priory of, 2
—— Abbey of S. Mary, 24

KENDAL:
PRINTED AND PUBLISHED BY T. WILSON.

1892.

THE
BOUND TO PLEASE
Heckman Bindery INC.
NOV. 65
N. MANCHESTER,
INDIANA